



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Gregorius Tiron. Episc. 17. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

montem aliò ambulare jussit. Iterùm Lyco flumini exundanti moram posuit scipionem suum qui illicò frondescens ripam umbrâ suâ vellivit. Insequentis se sociumque hostis oculos ita pre-tando fecellit, ut quos impius quærebat, arbores cederet. Moriturus è suis septendecim dum taxat reliquit superstitioni deditos, cum sub adventum suum non plures Christo addictos reperisset. Tumulum cum aliis sibi communem esse voluit, ne quod vivus numquam fecerat, mortuus proprii quid haberet. Suspiciant alii hæc mita, ego de GREGORIO, quod de Malachia Bernardus, dico: inter multa magnaque miracula maximum miraculum, quod fecit, ipse fuit. Ex Gregor. Nyss.

*Si vis utiliter aliquid scire & discere, ama nesciri, & pro nihil reputari. Hec est altissima & utilissima latio, sui ipsius vera cognitio & despectio. De se ipso nihil tenere; & de aliis semper bene & altè sentire magna sapientia est. Thom. de Kemp. lib. I.*

S. GREGORIVS TVRON. EPISC.

17. Novembris.

Ille est GREGORIVS, cui nomen insula Turonensis fecit. Parentes illi è primâ nobilitate, nutrices à teneris annis Musæ fuerunt, quibus vi-tem ille tam postea rependit, ut nesciam plusne ille Musis, an Musæ illi debeant. Puer vitam, quam à patre acceperat, bis eidem reddidit, nec sine miraculo, cum medicinam morituro nunc tomen IESV ligno inscriptum, nunc alter Tobias siccæ exta adhibuit. Ipse quoties ægrotavit (& ergotavit saepiusculè) è cælo medicos, vel D. Eli- gum vel Martinum habuit, cuius vitam rectè in ampliorum parictibus, sed multò rectius in animo

suo

564 VITÆ S A N C T O R U M . 18. Nov.

Suo depinxit. Sub noctem V I R G I N I sacrâ, adem  
hujus frequentari ab Angelis cum multo lumine  
vidit, & portâ sponte suâ referatâ ipse etiam ad-  
missus est. Tam charus cælo, castigatus scilicet  
ab hoc non semel est. Etenim somnum dormien-  
tis in natalitiâ Christi nocte Angelus alapâ dis-  
cussit. Tam non possunt ferre Superi Episcopum  
dormientem. Nam simul ac lapsus est in nescio  
quam gloriola vanæ cogitationem, equus etiam  
ipse lapsus sub GREGORIO reprehendit GREGO-  
RIVM. Itaque imposterum miracula, quæ plurima  
patrabat, non sibi sed Divorum lipsanis, quæ fere-  
bat, adscripsit. Congressus Romæ cum Gregorio  
Pontif. cum hic viri staturam ( multum animo mi-  
nor erat ) tacite miraretur, non nescius arcanaum  
cogitationum noster, Dominus, dixit, fecit nos; non  
ipsi nos. Itaque maximi deinceps GREGORIVM ipse  
etiam magnus Gregorius fecit. Ex Surio.

Tres virutes sunt, quæ pueris adolescentibus ma-  
gis congruent, Veracundia, Taciturnitas & Obedien-  
tia. Non est autem dubium, si has studuerint habe-  
re, quin possint, Christo duce, ad culmen perfectio-  
nem virum ascendere. S. Bern. I. de Ord. vite.

S. S. R O M A N V S E T B A R V L A M M .  
18. Novembri.

P Arabat anno Servatoris c c c i. Asclepiades  
Procos. excindere templum Christianorum  
Antiochiae. Huic nimirum ROMANVS sese oppo-  
suit, & dictis suis animos sociis unicus addidit.  
Nunc demum pugnandum pro Aris cogitarent Hostem  
utique esse Asclepiadem patrie qui huic DEVM erep-  
ter. Pulchrum fore, ut aras defendenter, cadere ad  
aras litasuros. In quacumque demum partem cle-  
caderet